

§. VII.

I. Restituzione, o Vendita di Terre, e Castelli fatta da' Conti Guidi a' Fiorentini l' an. 1273. per soddisfare a vari loro debiti; tratta dalle *Riformag. Lib. xxix. a 157. e riportata nell' antico Cod. MS. di S. Paolino a 233. e nell' altro di Famiglie a 119.*

IN Dei Nomine Amen. Anno Incarnationis eiusdem 1273. tempore Vicariatus Magnifici viri Domini Roberti de Robertis Regii familiaris, & consiliari, in regimine Florentiae Vicarii, die Mercurii xxiii. Augusti primae Indictionis, praesentibus Domino Amelio de Gratiadeis de Regio Iudice, Bernaldo Bernaldi Adcharisii (1) Notarii de Florentia, & de mandato dicti Domini Vicarii convocati sunt ad consilium more solito per vocem propriam, & per campanam, & nuntios super palatio Communis, & populi Florentiae Capitaneus partis Guelforum, & duodecim pro Comuni Florentiae positi ad providendum super bono statu Civitatis eiusdem, & Consilium lxxxx. Virorum dicti Communis, & Capitudines duodecim maiorum Artium eiusdem terre.

Indicto quidem Consilio cum ad consulendum saluti Magnifici viri Domini Ghuidonis Silvatici Comititis in Thuscia Palatini, qui multis, & magnis, & gravibus debitis contractis olim a Comite Ghuidone Ghuerra patruo, & etiam a Comite Ruggerio quondam patre ipsius, nec non ab eodem Domino Comite Ghuidone Silvatico praemebatur, & etiam utilitati creditorum suorum de Florentia, qui nullam satisfactionem inde habere poterant ab eodem: & ad reducendum ad iurisdictionem Communis Florentiae Comunia & homines de Montemurlo, Monte Ghuarchi, Empoli, Monterapoli, terrarum de Greti, videlicet de Vincio, Cerreto, Colegonzoli, Musignano, Colle Petrae quas dictus Comes sibi subdi-

Tom. VIII.

I

de.

(1) *Al. Adcurfii.*

derat, & occupatas in sua iurisdictione tenebat; provi-
sum, & ordinatum est a sapientibus ad hoc electis, quod
dictae Terrae, Comunia, & homines, & iurisdictiones
earum, per Comuae Florentiae recuperarentur, seu re-
dimerentur a dicto Comite, qui eas eidem Comuni,
seu alicui recipienti pro ipso redderet, daret, dimitte-
ret, concederet, & finiret: Et quod ei nomine pretii
darentur octo millia librarum florenorum parvorum de
quibus sua debita persolverentur, & creditoribus suis
Florentinis satisfieret ut decet ex eis: Et quod ipsa pe-
cuniae quantitas debet Comuni Florentiae mutuari a
Comunibus, & hominibus dictarum terrarum distribuenda
inter eos, vel ea, secundum quantitatem estimationis
factarum de bonis eorum prout unicuique contin-
get ipsorum per soldum, & libram: Facta de infrascriptis
propositione per dictum Dominum Vicarium inde con-
siliium postulantem, Et auditis voluntatibus Arrengatorum,
& facto partito in reformatione Consilii, stabilitum
ab omnibus nemine discordante, quod Comune, & ho-
mines de Empoli, quibus cum suis personis (1) de dicta
summa contingunt duo millia librarum, & centum sexa-
ginta quinque, & solidos decem florenorum parvorum,
dictam quantitatem tam contingentem eis, & etiam ex-
pensas, quas ipsi fecerunt in distribuendo eam inter
homines ipsius terrae, & imponendo, & exigendo eam,
& in Potestate, & officialibus eorum ad hoc positis, &
ponendis, & in eorum salariis assignatis a Comune pre-
dicto, & in nuntiis missis, & mittendis Florentia pro
predictis, & in aliis ad ea spectantibus possint, & debeant
rehabere, videlicet compensare sibi eam totam, & eas
omnes in libra, & aliis factionibus pecuniariis futuris,
quas ipsi Comuni Florentiae facere vel solvere tenebun-
tur, donec dicta quantitas & expensae fuerint eis integre
compensatae in eis cum merito curso, & cursuro usque
ad tempus, & implementum compensationis eiusdem ad
rationem dictorum trium per mensem, & libram. Item
quod dicta compensatio fieri debeat & fiat in libris, &
factionibus eiusmodi a die in antea qua dictus Comes
fecerit Comuni Florentiae redditionem, dationem, dimis-
sio-

(1) Al *populis*.

sionem, concessionem, & finem praedictum de dictis terris ut supra est narratum.

Item quod homines, & Comune de Empoli predicti facere teneantur, & faciant in actis publicis Communis Florentiae scribi omnes, & singulas compensationes, quas ipsi fecerunt, & quantitates earum, ita quod sciri possit quanta pecunia compensata fuerit, & quanta restiterit, vel restat ad compensandum.

Item quod ipsi non compellantur solvere aliquam pecuniariam factionem nisi prius ipsi in eorum libris, & factionibus compensaverint in totum dictam quantitatem contingentem eis, & omnes expensas quas ipsi fecerint pro praedictis, & donec eis exinde faciendo compensationem praedictam fuerit integre satisfactum.

Item quod ipsi non molestentur nec graventur pro libris, & factionibus preteritis, sed ab ipsis omnibus, & singulis sint penitus absoluti, aliquo alio ordinamento, vel constitutionis capitulo non obstante.

Item quod postea eodem anno, tempore, & indictione, & loco, die veneris vigesimoquinto Augusti, praesentibus Domino Amelio, & Domino Ieronhimo de Fulgineo de Regio, & Gualdana Marfoppi, & Cardinali Benincasa de Florentia, & de mandato, & in praesentia dicti Domini Vicarii convocatum est Consilium generale trecentorum Communis Florentiae more solito, per vocem praeconis, & per campanam. In dicto quidem Consilio inter caetera lecta est suprascripta reformatio consilii, lxxx. virorum in quo fuerunt Capitanei, & duodecim, & Capitudines Artium supradictae, & lecta sunt, & expensa omnia, quae stabilita fuerunt in ipso Consilio, super quibus omnibus dictus Dominus Vicarius, facta inde propositione, Consilium postulavit.

Auditis igitur voluntatibus Arrenghatorum, & facto partito in reformatione Consilii stabilitum est, & placuit omnibus nemine discordante, quod omnia, & singula supradicta, quae in dicto Consilio nonaginta, in quo fuerunt dicti Capitanei, & duodecim, & Capitudines de praedictis stabilita fuerunt, & sunt, sint firma, & fiant, & inviolabiliter observentur prout in dicto Consilio stabilita fuerint, & sicut superius continetur, non obstante aliquo alio ordinamento, vel capitulo constitutionis.

Ego Guillelmus, Rugerius Ghuidi Berdant Appostolica, & Imperiali auctoritate Iudex, & Notarius, & tunc Consiliorum Communis Florentie Scriba ambas prefatas Consiliorum reformationes me praesente factas, primo in speciali, postmodum in generali Consilio ante dicto in libro Consiliorum dicti Comunis scripsi, & inde sumptas in publicam formam redegi.

Ego Triculus quondam Rustichelli de Monterappoli Imperiali auctoritate Iudex, & Notarius autenticum huius exempli vidi & legi, & quidquid in eo reperi hic per ordinem praeter signum dicti Guillelmi Notarii exemplando tantum scripsi.

Nel MS. suddetto di Notizie di varie Famiglie Fiorentine, al fine di tale Istrumento è questa ricordanza.

Riscontrato colla copia nello Spoglio C. a 217. presa dal transunto di detto Ser Triccolo, che è presso ad Alberto Contalberti; e fatto tal riscontro il dì 24. di Gennaio 1617. col Sig. Orazio Tempi, che voleva partire per Roma il dì 27. detto, al quale si consegnò la presente copia.

II. Quitanza della suddetta Vendita.

Dal Codice MS. cit. a 235.

IN Dei Nomine Amen. Anno Domini 1273. indictione secunda die 23. Mensis Octobris, de mandato viri Magnifici Roberti de Robertis Regii familiaris, & Consiliarii, ac Vicarii in regimine Civitatis Florentiae convocatum est consilium generale, & speciale Communis ipsius ad sonum campanae, voceque praconia ut moris est, & in palatio Communis ipsius, in quo interfuerunt Capitanei partis Guelforum, & duodecim probi viri super bono statu Florentiae deputati, in quo Consilio facta de infrascriptis diligenti propositione per dictum Dominum Vicarium, inde Consilio postulante, cui demum facta propositione per eum, super dictis, & voluntatibus Consiliariorum, obtentum, atque firmatum, & stabilitum est per omnes in Consilio existentes, quod Comune, & ho-

homines, & personae omnes, & filii, quae fuerunt Dominorum Ghuidonis Ghuerrae, & Rogerii Comitum in Tuscia Palatinorum, & suorum confortium, & de ipsorum tricoriis, & eorum familiae sint liberi, & absoluti ab omnibus factionibus, dactiis, & honeribus, & exactionibus, quae imponerentur, vel imponi, seu peti possint eis iuste vel iniuste pro Comuni Florentiae, vel eius occasione pro praeteritis temporibus ab anno Domini 1273. die octavo decimo Octobris secundae Indictionis retro, aliqua occasione, vel modo, vel pro aliqua solutione facta per Comune Florentiae pro ipsis, vel eorum occasione vel modo, & quod non molestentur, vel inquietentur aliquo modo, vel pro aliqua solutione facta per Comunem Florentiae pro ipsis vel eorum occasione, & nomine, de octo millibus librarum solutis dicto Domino Comiti Ghuidoni Silvatico, vel aliis pro eodem, & de aliis quibuscumque pecuniis hactenus a Comuni Florentiae solutis pro Comuni, & personis antedictis.

Item quod omnes homines, & sint liberi, & absoluti a quibusvis librarum dactiis, & conditionibus; salvo quod ipsi sint de iurisdictione, & sub iurisdictione Communis Florentiae sicut alii liberi Comitatus civitatis eiusdem.

Item quod eis per Comune Florentiae non imponatur, nec exigatur in futurum aliqua libra, vel dactia, sive aliae pecuniariae factiones, nisi quando, & sicut imponentur aliis Comitatus civitatis eiusdem.

Item quod in libris & dactiis, & aliis factionibus pecuniariis, quae imponerentur eis in futurum cum aliis Comitatus civitatis eiusdem, ipsi sibi compensari possint, & compensent dicta octomilia librar. & meritum inde cursurum, & cursum ad rationem trium denar. per mensem, & libram, & expensas ea occasione factas, & faciendas, donec inde faciende compensationem praedictam sit eis integre satisfactum, & quod ipsi ante integram compensationem, & satisfactionem habebunt.

Item quod ipsi omnes, & singuli absolvi debeant, & absoluti sint ab omnibus bannis, & condemnationibus datis, & factis contra eos hactenus usque ad proximas praeteritas Calendas Augusti: Salvis quod illi, vel illae,

quae data, vel facta fuerint per praesentem Vicarium, quae remaneant in arbitrio ipsius Domini Vicarii.

Item quod haec omnia, & singula ponantur in constituto sicut melius fieri poterit, & de constituto in constitutum inviolabiliter observanda. Item quod eis liceat habere a Vicaria Communis Florentiae nomine ipsius Communis Rectores pro exigenda pecunia, qua solvere occasione praedicta, & pro aliis ad ea pertinentibus, usque ad unum annum proximum. Item quod illi, qui ante sententiam pacis a Summo Pontifice latam de fructibus, & proventibus ipsius terrae habuerunt, vel perceperunt aliqua de mandato vel commissione Comitum, inde nullatenus ab aliquo molestantur.

Ego Bruneſtus de Latinis Notarius necnon Scriba Consiliorum Communis Florentiae praedicta a me scripta in libro stantiamentorum inscripto Ranerio Notario publicanda mandavi debet pro parte ipsum Communem de Empoli contingente.

Ego Raynerius Bonafidei Notarius publicus praedicta de libro stantiamentorum Communis Florentiae scripta per Bruneſtum Latinum Notarium, Scribam Consiliorum dicti Communis de mandato, & coram, suo imperio scripti, & in publicam formam redegi, ipseque subscripsi.

Ego Tricholus quondam Rustichelli Imperiali auctoritate iudex, & Notarius authenticum huius exempli vidi, & legi, & ea, quae in eo reperi per ordinem, preter signum dicti Brunetti, & Ranerii Notarii exemplando transcripsi.

Exemplum sumptum de exemplo existente apud Magnificum Virum Albertum de Comitibus Albertis.

III. Breve Osservazione del Borghini sopra i detti Strumenti.

Il Borghini ne' suoi Stratti de' Libri delle Riformazioni Cod. MS. 45. a 36. t. Cl. xxv della Magliabechiana dopo avere succintamente riportate l'estratto del soprascritto Istrumento di vendita osserva, e riferisce questa Dichiarazione dallo stesso Libro delle Riformazioni a 164.

„ Post-

„ Postmodum dictus Dom. Guido Guerra, & Dominus
 „ Guido Salvaticus Comes in Tuscia Palatinus, natus
 „ olim Dom. Rogerii, nepos dicti Domini Rogerii re-
 „ cuperaverunt ex ammissione facta eis a Comune Flo-
 „ rentie, sive ab alio tempore, quo civitas Florentie
 „ redacta fuit ad gubernationem Partis Guelforum post
 „ exiliū eorūdem. Noviter autem dictus Guido Sal-
 „ vaticus f. Dom. Rogerii, & heres Dom. Guidonis Guer-
 „ re patris sui, tradidit, vendidit, & renuntiavit su-
 „ pradicta. „

Ma meglio apparirà la varia sorte, che ha avuto in
 antico Monte Murlo, e l'altre Terre sopra descritte
 dalle seguenti memorie.

IV. Appartenenze, e Contratti diversi de' Con-
 ti Guidi sopra Montemurlo, ed altre delle
 nominate Terre, tratte dal *Libro delle Ri-*
formag. 26. e 29. riportate nel *Zibald. D.* e in
 altri de' riferiti MSS. di S. Paolino.

Ex Libro Censuum Pistorii a 23. Lib. di Famigl. a 71.

Anno 1207. Montemurlo rimanga al Conte Guido,
 ed a' Figliuoli, ed il Montale non si distrugga, e
 renda ubbidienza al detto Conte.

Guido, & } filii dicti Comit̄is Guidonis
 Tegrinus }

Iuraverunt dictus Comes Guido, & filii in Castro Mon-
 tismurli in presentia Uberti Bernardi, & Ild-
 brandini Adimari Ind. & aliorum plurium Florentino-
 rum, & Pistoriensium.

Ex eodem Lib. Censuum a 171. Lib. di Famigl. a 70. s.

Anno 1219. VIII. Kal. Aprilis Ind. VII.

Ruggerus Comes filius quondam Guidonis Guerre Th-
 scie Comit̄is Palatini promisit, & iuravit, quod Fra-
 tres sui, videlicet Guido, Tegrinus, Marcovaldus,
 & Aghinolfus, & ipse Ruggerus hinc ad diem sab-
 bati